


*Sammelband von Dina*



*U. g. 1975*



THEMATA  
DISPUTATIONIS SEXTAE

DE VERBORVM  
OBLIGATIONIBVS

*Ex tit. 16. 17. 18. 19. & 20. Instit.  
lib. 3. usq; ad tit. de fideiussoribus cum con-  
cordantib. iurium textibus*

Q V A E

DEO BENE IUVANTE

P R A E S I D E

*Nobilissimo, Clarissimo. Consultissimoq; Viro*

D. N. ARNOLDO DE REYGER,  
I. V. D. ET IN INCLYTA SALANA  
Publico Pandectarum Professore  
dignissimo.

*Privati exercitij gratia disputabit ad diem 1. Martij  
hora locoq; consuet.*

VALENTINVS REICH IENENS.

*Fac tua confirmes dicta, fidumque te illi praebeas:  
& in omni tempore necessaria tibi  
reperies.*

*Ecclesiast. 29.*

I E N A E

*Ex typographéo Tobia Steinmanni.*

ANNO MDCCCXCV.





*A M P L I S S I M I S V I  
R I S, S A P I E N T I A, V I R T V T E,  
ac doctrina præstantissimis, Consulibus, tot  
siq; Senatui Reipublicæ Ienensis, Domini  
nis ac Patronis suis debita obser-  
vantia colendis*

*Hæc theses  
In debitæ observantiæ testimo-  
nium offert, dedicat, & consecrat  
Valentinus Reich.*





*Continuatio.*

**O**bligaciones re contractas rectè sequitur verborum obligatio, quæ quomodo constitua-  
tur, & quem effectum habeat, passim in sequenti-  
bus titulis tractatur.

**T H E S I S I.**



**S**TIPULATIO (A STI-  
pulo dicta) est contractus jure civili  
inventus, verbis initus, interrogati-  
one præcedente eamq; responsione  
congrua in continenti subsequente:

Vnde respondens interroganti ob-  
ligatur ad dandum vel faciendum id, quod se datu-  
rum aut facturum promisit *a.*

*a* l. stipulationum. 5. §. stipulatio ff. de V. O. l. si cum pecuniam.  
3. C. de contrah. & com. stip. l. 1. §. communis. 4. ff. de stip. servor. l.  
cum patrem. 19. C. de iur. dot. Alciat. lib. 2. parerg. cap. 18. Cuiac.  
hic. l. 1. ff. h. t. Myns. hic. §. 1. Instit. eod. l. 2. §. ult. ff. de reb. cred. l. 1.  
§. verbis. ff. de oblig. & act. Zwesemb. in parat. hic. gl. in l. 5. ff. h. t. l. in-  
ter stipulantem. 83. §. 1. eod. Varro lib. 4. de ling. lat. Schnei. ad. §. 1.  
Inst. h. t. n. 14.

2.

Stipulationum aliæ sunt judiciales, quas iudex  
exigit qui de causa cognoscit: aliæ Prætorix, quæ  
Prætoris auctoritate constituuntur: Aliæ conven-  
tionales, quæ ex conventionem partium proficiscun-  
tur. Aliæ communes, quæ modò à Prætoze, modò  
à Iudice decerni solent.

*b* l. in pr. tit. Instit. de divis. stip. l. stipulationum. 5. ff. de V. O.  
Zwesemb. in par. ff. h. t. n.

**A 2 Stipulari**



3.

Stipulari possunt omnes tam liberi, quam servi, nisi prohibeantur. Prohibentur autem, qui vel loqui, vel audire, vel consentire non possunt *e.*

*e* l. 1. ff. h. t. in pr. Instit. de stip. servor. l. 1. §. 3. ff. de pact.

4.

Exque vel in dando vel faciendo consistunt *d.* quarum hæc incertæ, illæ cerræ dicuntur *e.*

*d* §. ult. Instit. h. t. l. stipulationum, 2. in pr. ff. eod. §. in hac re 1. & §. non solum. 7. Instit. h. t. l. stipulationum. 5. §. stipulatio. 1. ubi autem 75. §. 7. & §. hæc stipulatio. 10. l. si rem. 28 l. 60. l. licet. 58. l. faciendi. 175. l. 12. 5. l. verbum facere. 218. ff. de V. S. l. in facto 60. & l. cum servus 82. ff. de condit. & demonstr. *e* l. stipulationum 74. & l. seq. ff. h. t. l. 68. ff. eod. l. 9 ff. de reb. cred.

5.

Rectè stipulamur res omnes, quæ dari fierivè possunt, sive sint mobiles, sive soli *f.*

*f* in pr. Instit. de inut. stip. l. inter stipulantem. 83. §. 5. ubi Donell. n. 46. & seq. ff. h. t.

6.

Quæ conjunctim in stipulationem deductæ sint omnes peti possunt, sin disjunctim electio est penes promissorem, nisi sibi stipulator electionem constituerit *g.*

*g* l. ubi autem. 75. §. Qui illud. 8. l. qui ex pluribus. 106. ubi Don. n. 5. ff. h. t. Vide Cuiac. in l. si unus. 27. §. sed si generaliter. 7. ff. de pact. l. qui servum. 96 ff. de V. O.

7.

Stipulationum aliæ sunt dividuæ, aliæ individuæ, pro ratione rerum, quæ in stipulationem deductæ sunt: Rerum enim aliæ possunt dividi, id est, pro parte peti, præstari, dari, solvi, ejusque pro parte solutis pro parte contingit liberatio *h.* Aliæ natura dividi non possunt, ut prædiorum jura, via, actus, iter, aquæ ductus &c. *i.*

*h.* l. in exe-

h l. in executione. 85 ff. de V. O. l. quidam. 21. in fin. ff. de rebus credit. si cert. pet. l. stipulatus sum. 9. §. qui decem. ff. de solut. & lib. Vide Hottom. in suis quest. illust. q. 18. 19. & 20. l. stipulationum. 2. §. 2 ff. h. t. l. permittendum. 8. ff. si pars. hered. pet. l. ult. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. l. quia dicitur. 32. ff. de evict. l. scire debem. 29. de V. O. l. que de tota 76. ff. de rei vind. l. si quid separatim. 10. §. 2. ff. de appellat. l. 1. C. si plures un. sen. condem. l. 3. 28. 29 C. de fideiuss. Nov. 99. si ex toto. 8. in fin. ff. de le. 1. l. tutor. §. Lucius. ff. de usur. 1. l. via. 17. ff. de servit. d. l. stipulationum 2. l. stipulationes. 72. ff. de V. O. l. servus communis. 5. ff. de stip. servor. l. Mævius. 66. §. 2. ff. de leg. 2. l. pro parte. 11. ff. de servit. l. in executione. 85 ff. h. t. l. qui hominem. 34. ff. de sol. & lib. Cuiac. ad d. l. 2. ff. h. t. Vide Duar. in l. 72 ff. b. t. l. si quis duobus. 25. ff. de leg. 2. l. servo generaliter. 12. ff. de opt. vel elect. leg. l. heredes. §. qn ea stipulatio. ff. famil. hercisc.

8.

De forma stipulationis hæc notentur: Eam fieri verbis quibuscunq, idoneis k, proinde inter præsentem, non per nuncium, nec per epistolam l. Non sufficere verba sine consensu & voluntate contrahendi m, quia nullus contractus consensu vocat, n opus esse, ut interrogatio præcedat responsio sequatur o: ut responsio conveniat interrogationi, ut in continenti aut post modicum intervallum responsio sequatur interrogationem. p.

k §. 1. Inst. h. t. l. 1. in pr. & §. si quis ita ff. eod. l. 2. §. ult. ff. de reb. cred. l. 1. §. verbis. ff. de oblig. & act. d. l. 1. §. ult. ff. eod. l. omnes. 10. C. de contrah. & committ. stip. l. si sub una 136. ff. eod. l. §. item verborum. Inst. de inut. stip. l. absentem. 199. ff. de V. S. d. l. 1. ff. de V. O. l. 1. C. de contrah. & committ. stip. l. optimam. 14. C. eod. l. ut inter 3. C. de inut. stip. l. 3. C. de contrah. empt. m l. iuris gentium. 7. §. quod ferò 12 ff. de pact. Paul. lib. 2. sent. tit. 22. §. ult. l. obligationum 3. §. ult. ff. de O. & A. n. l. 1. §. conventionum. 3. in fin. verb. nisi habeat ff. de pact. l. in omnibus. 55. ff. de oblig. & act. o l. stipulationum. 5 ff. h. t. Alciat. lib. 2. parerg. cap. 18. & Cuiac. hic. p. d. l. 1. §. si quis simpliciter. & §. seq. ff. h. t. §. præterea. Instit. de inut. stip. q. d. l. 1. §. 1. ff. h. t. Coraj. hic. l. que extrinsecus. 65. & l. continuus. 137. ff. eod.

A 3

ff. eod. l. duos reos. 6. §. duo rei. 2. ff. de duob. reis constit. l. si ex duob.  
12. ff. de duob. reis & walth. in Miscell. lib. 2. cap. 21. & seq.

9.

Stipulari alteri, quam ei, cuius iuri subiecti sumus, prohibemur r.

r §. si quis alij Instit. de inut. stip. l. stipulatio ista 38. §. alteri.  
17. ff. de V. O. l. quaecunq; 12. ff. de oblig. & act. l. quo tutela. 73. §. 4.  
ff. de R. l.

10.

Sed cum factum in stipulationem deducitur, omnimodò persona stipulantis continetur, veluti si servus stipuletur, ut sibi ire, agere liceat s:

s §. sive autem. Instit. de stip. servor. Vaud. lib. 1. variar. quest.  
cap. 38. l. stipulatio ista 38. §. hi, qui sunt. 6. ff. de V. O. l. per quos.  
59. ff. de pact.

11.

Servus enim non aliter quàm ex permisso domini jus stipulandi habet, alioqui nullo modo ad stipulationem admittitur t. Quia jure civili servi pro nullis habentur u.

t §. 1. Instit. de stip. servor. Arist. lib. 1. polit. cap. 4. l. 1. ff. h. t.  
§. 1. Instit. per quas pers. cuiq; acq. l. acquiruntur. 10. l. ea. qua. 53.  
& l. si is qui 63. ff. de acq. rer. dom. l. placet. 79. ff. de acq. hered. l. 1.  
ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. Theoph. hic. §. post mortem. Instit.  
de inut. stip. l. sive mihi. 15. ff. h. t. l. stipulatio ista 38. §. hi qui 6. ff. de  
V. O. §. omnis. 5. Instit. de nox. act. u l. quod attinet 32. ff. de R. l. l.  
1. ff. de iur. delib. l. 3. ff. de cap. min. §. servus. Instit. de cap. dim.

12.

Benè notandum, nihilominus suspendi actionis exercitium, quamvis pura sit obligatio: Nec enim creditor statim exigere potest, sed post tempus modicum arbitrio iudicis statuendum x. Sed quæ differri dicuntur, ea jam quidem ipso jure nata sunt, sed æquitate in aliud tempus rejiciuntur y.

x l. quod dicimus. 105. ff. de solut. & lib. l. si servos. 25. in fi.  
ff. de pignact. Menoch. de arbitr. iud. quest. cas. 27. l. 1. §. item, si ita.  
8. ff. ad l. Falcid. l. continuus. 137. & l. liber homo. 118. ubi Cuiac. ff.  
de V. O. l. & si post. 8. ff. si quis caut. in iud. sist. & c. l. Divus. 7 ff. de  
in integr.



In integr. restit. tex. in l. si debitori. 21 ff. de iud. §. etsi instit. de offic. iud. l. sed etsi alia 17. D. de constit. pec. y §. temporales. 10. Insti. de except. l. in exceptionibus 19. D. de probat. l. defensiones. 11. C. de except. §. libertas. 2. Instit. de singul. reb. per fideic. relic. Ut promissio dotis puellæ facta intelligitur cum nubilus erit ætatis l. qui filium. 14. D. ubi pup. educ. vel morar. deb. Sic in fructibus nascituris tempus expectandum, quo nascantur l. interdum. 73. D. de V. O.

13.

Præterea stipulatio aut est pura, aut condicionalis: Pura æ veluti, quoad vivam dare spondes. Hæc stipulatio ipso jure perpetuatur: quia tempus non est modus tollendæ obligationis, sed exceptione conventionis, vel doli opus est, per quam heres agens summovebitur. Condionalis a. quæ in futurum incertum eventum confertur, veluti si navis ex Asia venerit, Nam hæc suspendit obligationem. In diem b cum adjecto die, qua pecunia solvatur, stipulatio fit, veluti, Kalendis Januarijs decem dabis.

æ §. omnis. 2. Instit. de V. O. & §. ult. de inut. stip. l. qui hoc. 42. l. eum qui. 56. §. Qui ita. D. de V. O. l. in singulos annos. 8. D. de ann. leg. & fideic. l. 1. C. quand. dies. leg. vel fideic. ced. l. nec semel. §. 5. & l. Firmio. §. 2. D. quand. dies leg. l. a d. §. 1. & 4. Inst. h. t. arg. l. si ita. 16. & 41. D. de man. test. Azo in summa C. de condit. insert. Bart. ad l. 1. D. de cond. & dem. l. conditio. 10. d. D. V. O. si ita stipulatus. 97. §. 2. D. eod. Alc. in l. debitori. C. de pactis. l. unic. §. sin autem. 7. C. de cad. toll. l. cum ad præsens. 37. D. si cert. pet. l. si cui pure 31. §. 1. D. ad S. C. Treb. arg. l. servus. 68. D. de solut. l. multum. 21. D. de condit. & dem. Cons. lib. 4. cap. 17. n. 7. l. si filius. 78. l. si quis ita. 63. l. 129. D. h. t. b d. §. omnis. h. t. l. stipulationes. 72. §. 1. l. si ita stipulatus. 109. l. 114. ff. h. t. 14.

Quin imò, quod in diem certum promissum est, etiam statim antediem invito creditore solvi potest c, (nisi aperte dies creditoris causa adjecta sit) ad evitandam usurarum præstationem d.

c l. stipulatio ista 38. §. inter 16. l. continuus. 137. §. cum ita. l. cum

*l. cum qui. 15. ff. de ann. leg. l. acceptam. 19. C. de usur. d. l. si credi-  
trici 6. C. de usur. l. 122. in fin. h. t. ubi Duar. & Donell. l. stipulatus  
sum. 9. & l. qui decem. 72. ff. de solut. l. 85. §. 4. ff. h. t. l. tutor pro  
pupillo. 28. ff. de admin. & peri. tut. l. cum servus. 82. ff. de condit. &  
dem. Molin. de usur. quest. 38. n. 297. & quest. 55. n. 385. Covar. li.  
I. resol. cap. 15. n. 10.*

15.

Loca quoque inseri stipulationibus solent, ve-  
luti Capuæ dare spondes, quæ stipulatio licet purè  
fieri videatur, re ipsa tamen tempus adjectum habet,  
quo promissor utatur ad pecuniam Capuæ dan-  
dam, idque arbitrio iudicis definiendum est e.  
Creditore enim ante diem vel tempus agente ob-  
stat exceptio plus petitionis f, & in contractibus  
diei adjectionem magis pro debitore, quam credi-  
tore appositam censerì, quod non tantum in stipu-  
lationibus, sed & in omnibus alijs causis rectè fieri  
statuitur g.

*e § loca. 5. Insti. h. t. l. 1. & l. arbitraria. 2. l. 15. ff. de eo quod  
cert. loc. l. continuus. 137. §. cum ita ff. h. t. Goed. ad l. 213. n. 4. ff. de  
V. S. l. si duo. 16. ff. de const. pec. l. cum qui 41 ff. de V. O. f. §. om-  
nis. Insti. h. t. §. plus autem. 33. Inst. de A. Paul. lib. 1. sent. tit. 10. g  
l. stipulatio ista. 38. §. in stipulationibus. 18. & l. quicquid. 99. ff. de  
V. O. l. cum queritur. 26. ff. de reb. dub. l. Labeo. 21. & l. cum in le-  
ge. 33. ff. de contrah. empt. l. semper in stipulationibus. 34. ff. de R. I.  
Gom. tom. 2. cap. 11. n. 21. d. l. cum qui. d. §. omnis.*

16.

Stipulationes contra jus ac honestatem initas  
nullius esse momenti, veluti si quis homicidium vel  
sacrilegium se facturum promittit. Doli enim mali  
exceptione talis petitio removeri debet h.

*h § quod turpi. 23. Insti. de inu. stip. l. generaliter. 26. de V. O.  
Cic. late 3. offic. l. iurisgentium. 7. §. 7. ff. de pact. l. si flagitij. ff. h. t.*

17.

Sciendum autem diversitatem linguæ non viti-  
are

are stipulationem, dummodo contrahentes vel per  
se, vel per interpretem intelligant i.

i l i. § ult. ff. h. t. l. omnes. 10. C. de contrah. & comm. stip.  
§. i. Inst. h. t. Zas. hic n. 6. l. græce 8. ff. de fideiuss. & §. græce Instit.  
cod. arg. l. fideicommissa. 1. ff. de leg. 3. & l. directas. 14. C. de test.  
man. Duar. ad §. fin. l. i ff. h. t.

18.

Stipulationes sanè absq; causa contractas seu  
super alio vel principali negotio non interpositas  
nullius momenti esse k, & contradixisse in eo loco  
quisq; intelligitur, in quo ut solveret, se obligavit l.

k l quicquid. astringende. 99. & l eum qui. 41. ff. de V. O.  
Duar. in partit. met h. cap. 2. l. si ita. 126. §. 2. & 3. ff. cod. l. ex parte.  
25 ff. de solut. & lib. Bart. ad d. l. 99. l. l. contraxisse. 21. ff. de O.  
& A l. heres. 19. ff. de iudic. Bart. ad l. si is qui 34. ff. h. t. l. aut ubi.  
3. ff. de bon. auct. iud. poss. l. 1. ff. de usur. l. vinum. 22. in fin. ff. de reb.  
cred. l. ult. in fin. ff. de condi. trit. l. quotiens 59. ff. d. t. l. prætor ait. 4.  
§. 5. ff. de edend. arg. l. neq; 54. §. 1. ff. de procur. l. unic. C. de nund.

19.

Cæterum etiam duo pluresvè & suscipere, &  
quære sibi verborum obligationem possunt m.  
Hi rei stipulandi dicuntur, qui ab uno vel à plurib.  
eandem rem vel pecuniam ex uno eodemq; con-  
tractu suo nomine singuli in solidū stipulati sunt n.  
Illi rei promittendi, qui eandem rem vel pecuniam  
ex eadem causa singuli in solidum suo nomine uni  
vel pluribus stipulantibus promiserint o.

m in pr. tit. Instit. de duob. reis stip. & prom. & ibi Myns. ad rub.  
n. 2. Donell. ad tit. C. de duob. reis. cap. 1. & ibi. Cuiac. in parat. n. d.  
pr. Instit. l. 2. l. 4. l. eandem. 9. §. 1. l. 11. l. 15. ff. cod. o §. 1. Instit. h.  
1. Don. c. 6. n. 2.

20.

Sed hodiè divisionis beneficium duobus reis  
promittendi est concessum, & à quo solidum exa-  
ctum est regressum aduersus correos habet: Invi-  
cem enim fideiubere videntur p.

B

p Auth.

¶ *Auth. hoc ita. C. de duob. reis stip. l. 2. C. h. t. l. reos. D. eod. Nov. 99 l. 9. D. de pact. Molin. d. e usur. quest. 7. n. 132. & seq. Borc. de pact. cap. 2. divis. 3. arg. l. 51. D. de evict. l. si ex plurib. 16. l. & uno. 10. 18. D. de acceptilat. l. Paulus. 43. D. de re iud.*

21.

Servus communis stipulando unicuique dominorum proportionem dominij acquirit, nisi iussu unius eorum, aut nominatim alicui eorum stipulatus est, tunc enim ei soli acquiritur q.

q. §. servus communis. Instit. h. t. l. communis. 5. & l. si servus. 18. D. h. t. l. proinde 7. eod. l. communis. 43. D. de acquir. rer. dom. l. si alienus. 19. & l. si ex re 28. D. h. t. l. communis. 24. D. com. divid. l. ult. C. per quas pers. cuiq. acquir. l. 1. l. 25. D. h. t. Sic si servus stipuletur ex re sua aut operis suis acquirit fructuario, non domino. l. acquiritur. & l. liber homo. 54. D. de acq. rer. dom.

22.

Stipulatio est inutilis ratione causæ efficientis materiæ, formæ, finis, & accidentis. Ratione efficientis, si contrahentium alter in alterius potestate est. Nam hoc casu tantum naturalis non civilis obligatio oritur, idemque dicendum, si servus extraneo promittat r, si vel alteruter contrahentium sit mutus, vel surdus s, vel infans t, vel furiosus, vel mente captus u. Cum enim hæ personæ loqui vel exaudire vel consentire non possint, formam in stipulatione requisitam desiderari, cum hæ personæ contrahunt, necesse est. Si prodigus, cui bonis interdictum est, promittat x. Si pupillus promittat, qui est in potestate patris y.

r. §. item inutilis. 6. Instit. h. t. l. actiones. 7. D. de oblig. & act. l. lis nulla D. de iudic. s. §. mutum. 7. hic. l. 1. §. mutum. 14. D. de oblig. & act. l. 1. in pr. D. de V. O. t. §. pupillus. 9. hic. & d. l. 1. in pr. u. §. furiosus. 8. Instit. h. t. l. in negocij 5. D. de R. I. l. 2. §. fin. D. de iur. cod. x. l. is cui 6. D. de V. O. l. a. & l. Iulianus. 10. D. de curat. furios. l. 26. D. de contrah. empt. l. tres tutores. 55. in fin. D. de adm. tut. y. §. pupillus. 9. h. t. d. l. actiones. 7. de oblig. & act.

Ratio-

Ratione materiae est inutilis, si res non sit in commercio hominum, ut res sacra, religiosa, liber homo *a*, si res promissa sit extincta *c*. Si turpis aut jure prohibita, ut homicidium *b*. Si sit impossibilis, ut hippocentaurus *c*, si datio aut factum alienum promittatur *d*. Denique addi potest, frustra rem suam vel rem *e*, in eum casum, quo sua futura est *f*, quis stipulatur, quia quod nostrum est, amplius nostrum fieri non potest *g*.

*a* §. 2. h. t. l. 22. 6. 24. de contrah. empt. l. inter stipulantem. 83. §. sacram. D. de V. O. a l. impossibile. 185. l. ea quae 135. l. quod nullius. 182. & l. ubi pugnantia. 188. D. de R. 1. l. si stipulor. 35 D. de V. O. l. obtinuit. 3. D. de condit. & dem. *b* §. quod turpi Inst. h. t. l. generaliter. 26. l. si flagitij. 123. D. de V. O. l. mercalem. 5. C. de condit. ob turp. causam. *c* d. l. impossibile. 185. & seq. D. de R. 1. *d* §. si quis alium 3. Inst. h. t. l. stipulatio ista 38. §. sed si quis. & l. inter stipulante m 83. in pr. D. de V. O. *e* l. nemo. 82. D. de V. O. arg l. qui rem. 15. D. depos. l. 1. §. 10. ff. de O. & a. §. si quis alij. 4. Inst. h. t. *f* Paul. lib. 5. sen. tit. 7. *g* §. sic itaq; 4. Instit. de act. l. & an eadem. 14. §. pen. D. de except. rei iud. arg. §. 6. Inst. de leg.

Ratione formae, si ea non sint observata, quae supra tradita fuerunt de stipulationis forma: sed notandum est sustineri stipulationem & credi instrumento, in quo scriptum est aliquem promississe *b*, vel fideiussisse *i*, vel partes praesentes fuisse, nisi contrarium probetur *k*.

*b* §. si scriptum. h. t. l. 1. C. de contrah. stip. §. item verborum hic. l. optimam. C. de contrah. stip. l. cum precibus. 18. C. de prob. Alc. de praesumpt. reg. 3. pres 13. n. 7. & 8. *i* §. ult. Inst. de fideiuss. l. sciendum. 30. ff. de V. O. *k* §. d. item verborum. Inst. h. t. l. pen. C. de contrah. stip.

Ratione finis, si quis alteri extraneo stipuletur

ita, ut obligationem in eum conferat, non solam  
solutionem, stipulatio est inutilis, nisi stipulantis in-  
terlit l.

*§. si quis alij. §. alteri. §. sed & si quis, Inst. h. t. l. stipulatio ista.  
38. §. alteri & §. si stipuler, ff. de V. O.*

26.

Inutilis etiam redditur stipulatio ratione ad-  
iuncti, si stipulationi inferatur conditio impossibi-  
lis, propterea, quod impossibile nulla sit obli-  
gatio m.

*l. impossibile. 145. ff. de R. I. §. si impossibile. Inst. h. t. Se-  
bast. Medices. in tract. de foruit. casib. p. 1. q. 5 idq; intelligendum  
non tantum de impossibilibus facti, l. non moriturum 8. C. de contrab.  
stip. sed & de impossibilibus ratione iuris. c. ult. circa fin. X. de pact.  
Can. faciat homo ibi gl. caus. 22. q. 2. §. quod turpi. 23. Inst. h. t. l. si  
stipuler. 25. ff. de V. O. Turpia enim de iure pro impossibilibus ha-  
bentur. l. filiusfam. de condit. instit. Cor. ad l. 7. de V. O.*

#### C O R O L L A R I V M.

**R**atione officij magistratus n, tutores o, exe-  
cutores p, institores q, & procuratores r  
plures in solidum tenentur, & obligationes non so-  
lum duorum reorum, sed omnium jus omnimodo  
sequuntur.

*n l. ult. §. ult ff. de admin. rer. ad civit. pert. l. 11. & 13. ff. ad  
municipal. & l. Lucius T. tius. ff. eod. o d. l. ult. §. 9. ff. de adm. rer.  
ad civit. pertin. l. si plures. 3. ff. de admin. & peric. tut. Nov. 188 cap.  
5. in fin. p l. 1. & ult. C. de exec. & exact. q l. 1. & l. 4. ff. de exer.  
act. r l. creditor. 60. §. duobus. 2. ff. mandati.*

F I N I S



99 A 6904

ULB Halle 3  
004 976 38X




TA 30L









THEMATA  
DISPUTATIONIS SEXTAE  
**DE VERBORVM  
OBLIGATIONIBVS**  
*Ex tit. 16. 17. 18. 19. & 20. Instit.  
lib. 3. usq. ad tit. de fideiussoribus cum con-  
cordantib. iurium textibus*  
Q V AE  
DEO BENE IUVANTE  
P R A E S I D E  
*Nobilissimo, Clarissimo. Consultissimoq. Viro*  
D. N. ARNOLDO DE REYGER,  
I. V. D. ET IN INCLYTA SALANA  
Publico Pandectarum Professore  
dignissimo.  
*Privati exercitij gratia disputabit ad diem 1. Martij  
hora locog. consuet.*  
VALENTINVS REICH IENENS.  
*Fac tua confirmes dicta, fidumque te illi praebeas;  
& in omni tempore necessaria tibi  
reperies.*  
*Ecclesiast. 29.*  
I E N A E  
*Ex typographéo Tobia Steinmanni.*  
ANNO MDCCCXCV.

